

Aduertencias para

nus, defer. Ex quo ad eundē Parochum pē-
tinet in templo benedicere eos qui iam con-
traxerunt: vnde Coacilium Triden. cap. I.
iam citato dicit. Præterea eadem sancta Sy-
nodus hortatur ut coniuges ante benedictio-
nem Sacerdotalem in templo suscipiendam,
in eadem domo non cohabitent, statuitq; be-
nedictionem à proprio Parocco fieri, neq; à
quoq;, nisi ab ipso Parocco, vel ab Ordina-
rio licentiam ad prædicām benedictionem
faciendam alij Sacerdoti concedi posse, qua-
cunq; consuetudine vel priuilegio non obstante.
Quod si quis Parochus. l. aliis Sacerdos-
siue regularis, siue secularis sit, alterius Paro-
chij sponsos sine illorū Parochi licentia Ma-
trimonio coniungere, aut benedicere ausus
fuerit, ipso iure tandem suspensus maneat,
quandiu ab Ordinario eius Parochi, qui Ma-
trimonio interesse debebat, seu à quo benedi-
ctione suscipienda erat, absoluatur. Hæc ibi.
Circa quæ docet Nauarro cap. 22. de Bene-
dictione Nuptiarum primo, peccare illū qui
benedicit secundas nuptias sollempni benedi-
ctione Sacerdotali, quæ intra Missam fit, vel
qui suscipit illam credens, vel credere debes
non debere benedici. Secundo, nuptias pri-
mas